



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in judicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agrippinae, 1684**

12. In concessione exemptionum, an sit necessaria citatio ordinariorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](#)

Narratio enim Principis tantum operatur, ac specifica expressio clausulae ex certa scientia d. l. item Vlpianus Fel. d. c. nonnullis. i. Limitanea tamen sunt hæc nisi exemptio concederetur iure habente clausulam derogatoriam, Abbas d. c. nonnulli. II  
¶ Fel. n. 12. vers. limita primo. Nam opus esset derogatione istius clausulae. Navarr. ad c. si quando excepte, l. n. 1 De Rescriptis.

## QVÆSTIO XII.

In concessione exemptionum an sit necessaria citatio Ordinariorum, quorum interest exemptions non concedi.

## SUMMARIUM.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Privilegium non prejudicat non citato.                        | 5. An opus sit specifica derogatione Concilii.                           |
| 2. Concessio exemptionis non est actus judicialis.               | 6. Quid de invocatione.  |
| 3. Concilium Lateranense requirit citationem ordinariorum.       | 7. In vocatio si sit per eum qui eximere potest, non requiritur citatio. |
| 4. Pontifex eximere potest sine citatione non obstante Concilio. | 8. In invocatione qua sit in curia Romana, non opus est citatione.       |
|  | 9. Similiter cum periculum est in mora.                                  |

PRO parte affirmativa videtur stare Castren. l. 2. num. 4. C. de Tempor. appellat. Anton. Cors. 19. Antonius Nicellus in concordia glossarum n. 232. arg. l. 2. infine ff. de natalib. restit. ¶ Nam ita ff. de adopt. Privilegium enim (inquit non prejudicat tertio cuius interest non citato, ideoque nec ordinario, cuius interest jurisdictionem sartam & tecum confermati per not. supra qu. 4. Verum communis iure vera est negativa. Ratio est. Quia concessio exemptionis non est actus judicialis, ideoque Princeps nomine citato eas concedere potest. Abb. Felin. & D.D.c. cum olim de Re Iud. Leonelius tract. de surrept. rescript. questione 6. artic. 1. Iafon. l. Gallus §. ¶ quid si tantum n. 41. & 47 ff. de liberis & postib.

Confirmatur, quia in imprecatione rescriptorum, privilegiorum, exemptionum, non est necessaria pars citatio, Anton. Nicell. in Concord. glossarum n. 322. Concordia 52. fall. 78. & 51. Felin. c. cum olim num. 6. de Re judic. Gigas de pensionib. qu. 37. Caccia lupus de pensionib. qu. 24. n. 8. & seqq. Miles in report. verb. Citatio non requiritur quando privilegium.

Dixi iure communi, nam iure speciali sive singulati Concilii Lateranensis sub

F 3

Leone

Leone X. anno ejus tertio, salutis vero humanæ 1515. lessione 10. ad esse exemptionum requiritur citatio ordinariorum, ratione adjecta clausula irritans, de qua dicturus sum infra parte 2. quæst. 5. sub finem, & parte 4. quæst. 63. per tot. ejusmodi enim est textus, Exemptiones autem de cetero absque rationabilis causa & quorum inter-  
est minime citatis pro tempore concessas nullius roboris & momenti esse decerni-  
mus. Anton. de pratis tract. de jurisdict. Episcop. ca. 8. n. 1. & 2. Guymer. ad prag. sanctio-  
nem tit. de causis §. viiiii in glo. verb. attendentes.

Quin autem Pontifex non obstante Concilio eximere possit nemine citato, non  
est quisquam qui ambigat: est enim ejus solius Concilii derogator, vel etiam adro-  
gare, à quo omnia pendent & cuius auctoritas semper excepta reputatur. cap. signifi-  
casti de electione Abb. Siculus c. ex gestis, de Cler. non residen. Borgensis tract. de irregula-  
rit. & dispens. part. 3. it. de dispensat. consilii generalis n. 6. & seqq. fol. 53. Ant. de Rojellis  
tract. de Consilio cap. 14. incip. Qualia in causa debet esse formam. 8. per cap. proposuit  
de concess. præbenda & cap. 17. nn. 32, ubi late. quippe quod speciale sit principis sive  
Pontificis suam vel inferiorum sententiam & constitutionem revocare. not. in cap.  
veniam cap. sententiam 35. quæst. 9. cap. cum olim de re iudic. cap. tam ex litteris do in integr.  
restit. l. 2. in fine de sententia ex brevi rectandi.

Præcipue vero difficultatis est, an cum Pontifex derogat Concilio, opus sit ne ex-  
emptione censeatur surreptitia specifica clausula derogatoria Concilii. Quia in te sunt  
qui ajunt & qui negant, ut est videre in Ant. Milis, in aureo repert. verbo gratia facta con-  
tra Generale Concilium an censeatur surreptitia glo. cap. ex parte verb. de quo nulla mentio  
de capell. Monach. Felic. cap. nonnulli n. 2. § 3. de Rescript. dicam infra lib. 1. cap. 50. n. 33.  
conferuntque ad hanc questionem que in immediate precedente attingit. 6. 7. 8. & seq. nosq.  
eam proprio capite diligenter examinabimus.

Porro an haec tenus dicta obtineant etiam in innovatione exemptionum, incidenter  
denter hic queri posse, non juvat jam iñ hac regula communis. Quod omnis  
qui ex aliquo auctu laedi posset, ad illum citari debet, l. de uno quoque off. de re iudic. l. non  
ita Divus ff. de adopt. l. si quando & ibi Bald. C. de tesiib. quam Antonius Nicelius fuisse  
restringit centum & quindecim Fallentis. In concordia glossarum an. 224. usque ad n. 372  
in concordia 52.

Dico igitur primum. Quod si innovatio fit per eum qui exemptionem concedere  
poterat, non requiri pars citationem, alias secus. Abb. cap. cum dilecta num. 25. verf.  
& innovatio de conf. utili vel inutili Mafcard. de probat. conclus. 1388. num. 26. & dixi  
supra q. 8. n. 9.

Dico secundo. Quod in transumptione seu innovatione exemptionum vel pri-  
vilegiorum quæ sunt in Curia Romana non opus est citatione. Ratio est, quia  
cum iste auctus pertranseat multorum manus hoc in exercicio peritas, abet omnis  
falsi suspicio, adeo ut fine citatione credatur transumpto velut originali Abb. cap.  
ex par-

ex parte & i. in pr. de privileg. & dixit Felic. post Anton. Host. Archid. & alios in c. fin. nn.  
8. verf. fallit. 3. de fide instr. Bartholomeus Bellens. tract. de claris subsid. quæst. 113. Mas-  
cardus de probat. vol. 3. concil. 1388. nn. 19.

Dico tertio. Hoc in calu cum periculum esset in mora, non requiri citationem,  
Decimus cum dilecti numer. 37. de confir. utili vel inutili Mascard. d. conclus. 1388. n. 19.

*Q V A S T I O XIII.*

Exemptio concessa simpliciter, an eximatur universaliter?

S U M M A R I U M.

- 1. Exemptione capitum non censetur concessa vis ordinis clericorum exempti censem-  
tetur.
- 2. Exemptio monasterii non extenditur ad 8. Exemptio generalis, generaliter intelli-  
capellas. genda.
- 3. Exemptio est stricti juris.
- 4. Exemptia Ecclesiæ populus non est exem- 9. Exemptio extendenda aut restringenda  
pits. ex mente privilegiantur.
- 5. Exempto populo ecclesia non censetur ex- 10. Privilegium concessum terra, censetur  
emptia. concessum personis.
- 6. Dispositio de re contenta non includit con- 11. Privilegia concessa locis, extenduntur ad  
tinente. personas.
- 7. Exemptis Clericis Ecclesia, cuiusvis 12. Delinquens in Ecclesia, an in ea capi  
possit?

**G**eneralis hæc quæstio diffiniri commode non poterit, nisi per propositiones spe-  
ciales, sit igitur prima conclusio. Exemptione capitum non censetur concessa esse  
exemptio membrorum. Innoc. c. ex ore de privil. arg. d. liberorum ff. de adopt.

Ideoque exemptio monasterio, ejus membra seu capellæ exemptione non gaudent, 2.  
Abb. d. c. ex ore. n. 1. & 4. ca. cum capella ubi D. D. eod. it. Vbaldus tract. de Canonica por-  
tione c. 4. quæst. 8. & seqq.

Ratio est, quia exemptio est stricti, nec trahenda de persona ad personam, loco 3  
ad locum, & sine c. cum capella de privil. 10. de Ferraris in forma oppon. contra instrum. in  
in glo. ad §. aliisque rationibus. nn. 4. quippe regulariter eximi potest Ecclesia, libi in po-  
testate retentâ capellâ, & è contra, arg. l. liberarum de adopt. Brixiens. in repert. verb.  
Exemptio col. b. Abb. c. conquerente nu. 1. de offic. ordin. glo. cap. rogamus 2. 4. quæst. 1.

Conclusio secunda. Exempta Ecclesiæ non censetur exceptus populus: ideo Episc. 4.  
ordi-